EXERCITATIO ACADEMICA DE JURE CEREVISIARIO OCCASIONE RECITATIONUM AD L...

Johann Otto Tabor, Georg Christoph Wagner

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 B
58

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
M

30
B
36
13-8.A.22

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Exercitatio Academica

DE JURE CE-
REVISIARIO

Occaſione Recitationum ad L. 3. C. de Commerc. & Mercatoribus ſuſcepta,

&

SUB PRÆSIDIO

Dn. JOH. OTTONIS TABORIS, JC. CELEBERRIMI, ANTECESSORIS IN Alma Argentinenſi Nobiliſſimi, Inclutæ Facultat. Jurid. Senioris & Cod. ac Placit. Feud. P.P. Excellentiſſimi, Præceptoris atq; Evergetæ ſui devotâ pietate ætatem ſubmiſſè colendi

Publicæ ac Solenni Eruditorum Cenſuræ expoſita

Ad d. Menſ. Februar.

à

GEORGIO CHRISTOPHORO WAGNERO, Lignic-Sileſio.

ARGENTORATI,

Typis JOSIÆ STÆDELII, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

Anno M DC LVI.

Digitized by Google

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

LUDOVICO

DUCI SILESIÆ, LIGNIC.
BREGEN. ET GOLDBERG.

PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

NEC NON

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO DOMINO

DOMINO

JOHANNI JACOBO

DOMINO DE RAPPOLSTEIN, HOHENACC ET GEROLTSECC AD VOGASUM.

DOMINO MEO PERCLEMENTI.

Digitized by Google

FOELICITATEM

QUAM

exacta ſæcula invideant,
noſtra tempora mirentur,
ventura ætas veneretur,

AC

DUCATUS LATISSIMOS
AMPLISSIMASQUE DITIONES,
LÆTISSIME FLORENTES
precatus

has paucas pagellas

cum

humillimi obſequii religioſa conteſtatione,
beneficiorum infinitorum publica celebratione,
& devota ulterius perennantis gratiæ imploratione,
quam demiſſe poſſum,
conſecro,

SUBDITUS
ATQUE
CLIENS,
Subjectiſſimus
Obſtrictiſſimus

Georgius Chriſtophorus Wagnerus.

Digitized by Google

I. N. D. N. I. C.

Hieronymus de Cævallos *pract. quæſt.* 101 controverſiam ; Utrum inter ſuos hæredes ſit locus ſucceſſorio edicto ? ultroque citroque verſans, n. 25. in hæc verba decretoria erumpit : *Lucroſa & practicabilia magis, quàm ſubtilia & parùm fructuoſa diſputanda eſſe.* Similia dicteria apud Conſulentes, alioſq; Dd. pragmaticos paſſim occurrunt: quæ cum Juvenes incauti, legunt, in eam deducuntur opinionem ; quaſi fundamenta Juris Juſtinianei ab ipſiſmet Dd. ſubtilitatum nomine traducantur, ac tradita pragmaticorum ex adverſo veræ Juriſprudentiæ nomine commendentur. Qui error, ut hodie magnopere gliſcit, ita longè eſt pernitioſiſſimus & omnibus modis Juvenum animis eximendus. Quod ſi enim certa juris principia ſubtilitatis vocabulo explodimus ; Undè ſuſtinebuntur illæ patrum forenſium παραδόσεις ? Si verò iſtæ nullam vim, nullam autoritatem & robur habent, præterquam à Legum Majeſtate; omnes certè Juris articuli ſubtili animo inveſtigandi & expendendi ſunt. *l. properandum.* 13. §. *ſin autem* 3. *C. de judic. Novel.* 89. *cap.* 12. §. *ult.* quippe qui ipſi etiam, non niſi ſubtili tractatu præhabito, conſtituti ſunt. *l.* 15. §. 1. *C. de legit. hæred.* atque ipſis ideo judicibus obſervandi præcipiuntur. *l. un. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt. l.* 1. *C. ut in poſſeſſ.* Et abutuntur nonnulli voce Lucii Titii. *l.* 88. §. *ult. de legat.* 2. qui jactitabat : Se teſtamentum ſuum feciſſe ſine ullo Juriſperito, rationem animi ſui potiùs ſequutum, quàm nimiam & miſeram *(ſubaudi Iuriſconſultorum l.* 12. *De injuſt. rupt. irrit. f. t. l. ult. C. de teſtam.)* diligentiam : Et paulò pòſt : pro jure legitimo haberi debere cenſebat, hominis ſani voluntatem : Nam, ne dicam, (*quod tamen Cothmannus Reſpon. Academ. l. n.* 453. dicit) Lucium Titium iſtum ſtultum & vecordem fuiſſe; Siquidem & Plinius ſimilem vocem uſurpavit *lib.* 5. *epiſt.* 7. *ibi* : *Mihi autem defuncti voluntas*

 anti-

Digitized by Google

antiquior jure eſt: Et Imp. Fridericus III. ferè totam eam ſententiam ſuam feciſſe legitur *ap. Goldaſt.* in Reichs-ſatzungen. *p 167. art. 5.* eôq; argumento omnes Juriſconſultos, tanquam inutilia & noxia terræ pondera è Rep. exturbandos eſſe cenſuit. Nec integrum fortaſſe nobis erit & innoxium, aut in monſtra huius ſeculi pugnare, aut unicum poſt religionis curam Reip. ſtatumen, Juriſprudentiam juſto apologetico defendere: Quomodo olim etiam vix ullum brevius ad omnem calamitatem compendiũ viſum fuit, quam Virtutem laudaſſe, aut ſectatores adſeruiſſe. *Th. B. in vita Ioh.* C. E. iſtud tantum reponamus: Miſerum illum Lucium Titium ultrò ſe in magnum periculum conjeciſſe, atque adeò Juriſconſulto opus habuiſſe, qui ex ſubtili jure temeritatem ejus adjuvaret, diſputando pro eo hoc argumento: Quod illis verbis adjecta videatur clauſula; valeat omni meliori modo: *l. 29. §. 1. de Teſtam. l. 57. §. 1. ad SC. Trebell. C. I. A. de jure Codicill. θ, 4. n. 9.* Nimirum eſt aliqua ſubtilitas, cum ad conſtituendum, tùm ad diſcendum Jus neceſſaria: Alia verò nimia, otioſa & ſupervacua eſt, quæ ſcilicet, vel in objecto, vel in modo peccat. Illa laudabilis eſt & omnibus ſtudioſis commendanda *l. un. C. de Profeſſoribus, qui in urb. Conſtant. 12. 15. l. 2. §. 15. C. de V. I. E. l. 10. §. plurimum. 5. de quæſt.* quippe quæ genuinam Legislatoris mentem atq; intentionem; & accuratam cognitionem denotat. *d. l. 10. §. 5. de quæſtion. l. 51. §. ult. ad L. Aquiliam.* Hæc verò, ut ſupervacua *l. nuper. 11. C. de natural. liberis* & vana *l. ult. C. de legib.* Otioſa & captioſa *l. cum Aquiliana. 5. de tranſact.* inſuper eſt habenda. *l. ſancimus 7. C. ad SCtum Trebell.* Hanc, qui nimium ſectantur, meritò ridentur illo Dd. proverbio, quod eſt *ap. Blarerum in præf. tr. ad L. diffamari.* At non minùs culpandus venit, qui priorem negligit & contemnit; Ejuſque ſcientia meritò dicitur claudicare: *Zaſio in repetit. l. 1. §. 1. de reb. credit.* Mediâ itaq; viâ incedentes, problema *de jure Cereviſiario*, objecto ſatis trito, ſed minùs tamen elaborato, per prima lineamenta deſignandum nobis ſumſimus, felicioribus ingeniis, quibus animus à curis vacuus contigit, ἐπιτελέσματα ſequeſtraturi. Præmittemus autem initio quædam præcognitorum loco in genere, de Cereviſia ipſa, deq; ejus Coctione. 2. De eius tum venditione, tum uſu & oneribus, ex cauſis vel ordinariis, ut vectigalibus, vel fortuitis, ut incendii, ortis. DEUS OPT. MAX. cæptum noſtrum ſecundet.

Digitized by Google

CAPUT I.

De Appellatione, diſtinctione, cauſis & modo conficiendæ Cereviſiæ.

[*Ad l. 9 de tritico vino & oleo leg*]

§. 1. NOn dedignatus eſt Juriſconſultus *in l. ſi quis vinum. 9. verſu. certe Zythum. de tritico vino & ol. leg.* Cereviſiæ naturam diligenter inveſtigare, & ab aliis poculentis diſcernere; unde nec vitio nobis quiſquam verterit, ſi terminorum explicationem expoſitioni rei præmiſerimus.

§. 2. Cereviſiæ nomen à Cerere factum pleriq; opinantur, cum fruges materiam potui huic præbeant. *Abrah. Wernerus tom. 6. Orationum Witteberg. An. 1567. habitarum*; frumenta autem Ceres inveniſſe credatur (cum antea glande homines veſcerentur) Quin & molere & conficere Incolas Atticæ, Italiæ & Siciliæ docuerit, uti tradit *Plinius l. 7. Hiſtor. c. 56. p. 339.* quaſi dicas Cerebibiam. *Wehnerus obſervat. pract. voce* Bier. *p. 71. confer Epigramma Iuliani mox referendum.* Sive *ut Speidelius in notab. lit. B. cap. 37.* à Cerere & frugibus, quaſi Cereris vinum. *adhib. Hering. de molendin. c. 2. n. 39. & ſeqq.* (Licèt Cereviſiæ vocem frequentiùs apud Autores occurrere nonnulli perhibeant. *vide Dn. Sebizium. l. 4. de Facultatibus alimentorum cap. 3.*) Quæ derivatio potior eſt, quàm Wehneri, qui à Belgico Terve deductum arbitratur. Barthius *l. 49. adverſ. c. 20.* Grammaticos quidem ridet, qui rei & nominis barbari natales in Latio aut Hellade requirant : ſed quia nullam commodiorem Etymologiam ſuppeditat, meritò cachinno ſuo relinquitur.

§. 3. Occurrunt etiam varia huius vocabuli in omni linguâ Synonyma; Et ut de latinâ primùm dicamus, arbitratur *Wernerus, d. l.* (1.) eundem potum à Virgilio Arviſium appellari in illo verſu: *Ecgl. 5. verſ. 71.* Vina novum fundam calathis Ariuſia (ſive ut alii legunt Arviſia) Nectar. Licet Interpretes cæteri ibi vina Chia intelligant, ab agro Chii Inſulæ ? cum quib. etiam tranſit. *Taubm. in not. add. l.* Wernerus tamen novitatis mentione movetur, ut

Digitized by Google

exiſtimet, Vina Arviſia, Cereviſiam ibi notare. Cur enim Virgilius, inquit, Vinum Malvaticum, jam à multis ſeculis inter præcipua & nobiliſſima habitum, novum Nectar appellaret? Quidni ergò exiſtimemus, aliud omninò genus potûs Italiæ ignotum, ſed vini æmulum & ſuavitate ſaporis gratum, novo nomine Poëtam celebrare, & vino æquare, maximè, cum & deductionis ratio quadret, ſi Arviſium ab arvo derivaveris: potum nimirum non ex uvis expreſſum, ſed ex frugibus terrâ natis excoctum, viniq; ἀντιβαλλόμενον. *Hactenus Wernerus.*

§. 4. An Zythum idem ſit cum Cereviſiâ noſtrâ, etiam inter Medicos diſputatum fuit. Multi enim utrumque potum ex hordeo factum aut tritico, eundem cum Cereviſia eſſe arbitrantur. *vid. Mathiolum comment. in l. 7. Dioſcoridis c. 81.* At repugnat huic ſententiæ *Vlpianus in d. l. ſi quis vinum. 9. verſu, certè Zythum. de tritico, vino & ol. legat.* ubi Zythum & Cereviſiæ & Camo, ſive, ut alii legunt, Kirmo opponitur. *vid. Dn. D. Sebizium d. l. aliterque Alciatum l. 1. præteritorum, in dictione Camum.* Licèt enim Zythum fieret ex tritico & hordeo vel panico (ita legit *Cujacius 24. Obſervat. 39.* pro pane, quod vocabulum ibi vulgò habetur, cum nemo facilè audiverit, ex pane Zythum confici: Panicum autem mel frugum notet. Niſi dicamus, deſignari eâ voce id, quod vulgò dicitur das Brodwaſſer (Cereviſia tamen non tantum ex frugibus ejuſmodi conficitur, ſed ſimul ex admiſtis lupulis, vel ſorbis, vel arbutis. *vid. Hieronym. Mercurialem 5. variar. 1.*

§. 5. Græcis etiam cognitum fuiſſe hoc potûs genus, tradunt illi, qui φοκάδιον appellatum fuiſſe meminêre; A Poëtis Peluſinus potus appellatur. *vide Hermolaum Barbarum l. 2. Coroll, 311.* ubi ſcribit, madeſcere aquâ fruges, donec ſolvantur in liquorem vino ſimilem. *Confer. Alciatum parergon. l. 1. c, 15. Forcatulum in penu juris c. 18.* Germanis vocatur Bera & Bira, voce Teutonicâ, ut Dn. Sebizius *d. l.* cenſet: niſi & hîc Cererem in auxilium vocamus, vel ex Biber contractum Bier putamus; ut nomen Biriæ ſit generale. *vide Voſſium l. 1. de vitiis ſermon. c. 4. ſ. p. 21.* Alii à piro von der Birn deducunt, quod ex piris & pomis talis aliquis potus conficeretur. *Wernerus d. l. p. 71.* Haud dubiè ex hoc fonte Galli quoq; ſuum Biere ſ. Byrra, *ut Scalig. exercit. 87. & exercit. 157.*

ſect.

ſect. 5. vocat, traxêre. Cui, quoad literarum ſonum affine eſt vocabulum la Biere, quod ſandapilam vel feretrum ſignificat.

§ 6. Quod ſi *Natali Comiti l.19. hiſt.p.* 413. credimus, etiam vocabulum, Hops, Cereviſiam notabit: Sed rectè *D. Bitſchius in comment. ibidem* arbitratur, confundere Comitem potum ipſum cum materiâ, ex quâ conficitur. Nam, ut antea dicebamus, Cereviſia eſt potus, qui ex hordeo & lupulo conficitur, vel potiùs ex Malto. Nam triticum vel hordeum primùm per biduum aut triduum in aquâ maceratur, ut eluatur, humectetur & intumeſcat: deinde in pavimentum ſiccumq; tabulatum tranſponitur, ut humorem imbibitum aliquatenus exuat, germinetq;: tum lento igne in officinâ pollentariâ im Maltzhauſe / quadantenus torreſit, vel aliter exſiccatur: tandem in molendinum conjectum in farinam craſſiorem confringitur, atque inde Cereviſia coquitur. *Dn.D. Sebizius d.l.*4. *c.*3. §. 4.

§. 7. Varias autem à diverſitate cauſarum nanciſcitur ſpecies & denominationes. Nam, ut mittamus eas, quæ à causâ Efficiente deducuntur, diſtinctiones (unde alia Cereviſia Optimæ Notæ cenſetur, alia ſequioris. Optimæ notæ Roſtochienſis, Brunſvvicenſis, Zerveſtana, Torgenſis, Embeccenſis, Roterodamenſis, Uratislavienſis, Dantiſcana, Delphtenſis, Eulburgenſis, Paderbornenſis. *Dn. Lanſius in Orat. pro Germaniâ p.66.* Sequioris verò Erfurdienſium Slans, Lipſienſium Raſtrum, Magdeburgenſium Filtz. *vid. Beſoldum in theſaur. pract. voce* Bierbrawen) Medici à materia dividunt in ſimplicem & compoſitam ſ. conditam & Medicatam. Item in triticeam, hordeaceam, avenaceam, & ita porrò. Denique à formâ & figurâ in tenuem & craſſam, albam, & nigram, atque ita porrô. *vide Dn. Sebizium. d.l.*

§. 8. Ultrò etiam aliis diſpiciendum relinquimus, quibus primum Inventoribus ſuos Cereviſia natales debeat. Nobis enim non tam de cereviſia ipſa, quam de jure cereviſiæ ſollicitudo ſuſcepta eſt, Certè Ulpianus quibusdam provinciis Romano Imperio ſubjectis jam dudum uſurpatum hoc potûs genus fuiſſe teſtatur *d. l. 9. de trit. vino & oleo legato.* Apud Germanos utique, eorumque confines, major Cereviſiæ, quam vini uſus ſemper fuit. *Wernerus d. loc.* Unde apud priſcum Sophiſtam in ex-

cerptis hiſtoriæ Gothicæ legitur: Miniſtros exhibuiſſe Viatoribus Cenchram potionem ex hordeo, quam Barbari vocent Camum. *vid. Voſſius d. c. 4. in f.*

§. 9. Enimverò cum copia vini, vel nulla, vel rarior eſſet, Majores noſtri Cerviſiâ defectum ſuppleverunt. *Wernerus d. l. Goldaſt. tom. I. rerum Aleman. part. 1. fol.* 201. Quæ tamen nunc diverſis in partibus Germaniæ, diverſis etiam modis præparatur. Aut enim hordeum adhibetur ſolum, aut triticum ſolum, aut utrumque, ſed non pari pondere. Hordeacea tamen Cereviſia frequentior eſt. Præparatur autem hordeum ad hunc uſum accuratius, quàm Polenta apud Romanos. Primùm enim (quod & ſupra tetigimus) maceratur aquâ, donec emolleſcat, & tumefactum dehiſcat eâ parte, quâ gluma ſeſe aperiente germen erumpit: planta è ſemine enaſcente: Id enim macerationis ſufficientis indicium eſt. Inde aquâ exemptum congeritur in acervum, ut paulatim incaleſcat, ſed tepore leni & moderato. Eo calore ſuperflua humiditas ex madefactione contracta reſolvitur atque exſudat, ſimulque latens & ſopita granorum virtus excitatur, ut commoveat ac promoveat ſeſe, protruſis tenuibus filamentis, mox in germen perfectum, niſi impediretur, excreturis. At tùm acervus tempeſtivè diſiicitur ac latè diffunditur, ut paulatim refrigeatur ac deſiccetur. Atque ut citiùs effumet conceptus calor, & ſuperflua humiditas diſſipetur, agitatur ex intervalllis & vertitur. Ubi deſiccatum eſt, torretur lento igne, ut duritiem mediocrem adepta, tundi molis atque comminui poſſit. Hoc modo præparata farina, Polenta propriè dicta, aquâ fervente perfunditur, ruticuliſque aſſiduè ſubigitur ac permiſcetur, ut in omnes ſeſe partes aqua diffundat & inde vim omnem exſugat atque combibat.

§. 10. Porrò hinc intelligere licet, cur Ulpianus *in d. l. 9. de tritico vino & oleo legato.* Cereviſiam vini numero habere nolit. Licèt enim in quibusdam regionibus & provinciis homines iſthoc potu loco vini utantur. *vid. Beſold. theſaur. pract. voce* **Bierbrawen.** *Kloken l. 2. de ærar. c. 12. n. 2.* Propriè tamen id vini numero comprehendi nemo ideò affirmaverit, cum vinum ſit, quod ex vineâ paratur. *d. l. 9.* Atqui Cereviſia non naſcitur ex vineâ,

ſed ex

Digitized by Google

d ex lupulo & hordeo conficitur atque excoquitur. *vid. Menoch. 4. præſumtionum* 152. ubi numero 11. addit : Italos Cereviſia non ti , ſed eam tàm capitali odio proſequi , ut è ſuis doliis & cel- s vinariis gravi indictâ pænâ eam proſcripſerint. Quò perti- et Juliani Epigramma græcum in Cereviſiam Gallicanam olim ıſum, quod aliqui ſic verterunt:

Bacche quis? aut unde es : Tibi Bacchum juro per ipſum,
Te minimè novi; ſed Iove noſco ſatum.
Hircum tu, non nectar oles ; ſic Gallica tellus
Te flavâ è ſpicâ, vitis inops, genuit.
Ergo Te dicam Cerealem, non Dionyſum,
Spicigenam potius & Bromon, haud Bromium.

id. Pontan. volum. 2. progymnaſm. 30. p. 189. Lehman. l. 1. Chronic. Spi- enſ. cap. 20. p. 46. Unde forte factum, quod in pænitentiali Ro- nano inter cæteras coercitiones , quæ homicidæ injunguntur, etiam illud præcipitur , ut à potu vini abſtineat , & tantùm me- liocri Cereviſiâ, Mittelbier / utatur temperatè. *cap. interfeciſti 2. xt. de Homicidio.* Sed Italis & Italiæ opponere plura regna poſſu- nus, quæ potu hoc & utuntur & gaudent ; cuiuſmodi ſunt : Saxo- nia , Weſtphalia, Belgium, Anglia, Dania. Suecia, Polonia, Bo- mia. *Kloken. l. 2. de ærar. c. 11. n. 2.* Plures Gentes *è Scoto allegant Barthius lib. 57. adverſ. c. 12. Et Speidelius in notab. Irrid dit. B. c. 37.* De Lituaniâ *Thuanus lib. 56. Hiſt. p. m. 943. hæc habet* : Vitibus regio, propter cæli rigorem, ut & Polonia caret ; ſed populares byrra, atque Cereviſia ex aquâ , tritico vel hordeo & lupulo cocto utun- tur. Atque utinam uterentur , nec ut vino alii abuterentur : *Certè apud Saxonem Grammaticum l. 8. hiſt. Danic. legitur*; Famem ali- quando terris inductam bibacitate hominum , qui frumentum Cereviſiæ inſumerent ; ita ut interdicto opus fuerit, ne frumenta potui tali conficiendo corrumperentur. Cæterùm Cereviſiam bonam ſanitati valdè conducere : corruptam verò nocere , etiam Hiſtorici obſervarunt: Sic enim poſt *Münſterum Zacharias Theobaldus part. 3.* deß Hußiten-Kriegs *cap 27. p. 150.* ſcribit: durch das gerin- ge Bier ſeyen nicht allein die Leuthe um das Geld / ſondern auch um ihre alte teutſche Stärcke kommen. Quin & calidam hunc in uſum & ſanitati & potui parari , notum eſt. *Dn. Freinshemius de potu ca-* lida

Ad cap. 2. ext. de Homicid.

lida p. 47. Ex adverſo vinum nonnullæ Germanorum gentes, & inprimis Suevi, prohibuerunt terris ſuis importari, teſte Cæſare *lib.* 4. *de bell. Gallic.* quod vites corporis vino debilitari & animas effœminari crederent. *v. Lehmannum de cap.* 24. *pag.* 39. Ubi ſubinde refert; quemadmodum ab hac veterum credulitate, poſteritas ſenſim deſciverit, & vites paſſim conſeverit.

CAP. II.

De Iure coquendæ & braxandæ Cereviſiæ.

§. 1. His ita præcognitorum loco præmiſſis, univerſum Jus Cereviſiarium in duobus capitibus conſiderabimus, quorum prius commoda, poſterius onera exhibebit. Commoda in poteſtate Cereviſiæ, tum coquendæ, tum dividendæ contemplabimur.

§ 2. Coquere Cereviſiam poſterioris ævi Scriptores dixêre braviare, bravire, vel etiam braxare à barbaro itidem vocabulo bravium, quod polentam **das Maltz** / denotare ſcribit. *Voſſius de vitiis ſermonis l.* 2. *c.* 3. *p.* 184. niſi malis à gallico *braſſer*, quod **bräwen oder ſieden** denotat, deducere.

§. 3. Coctio iſta fit ad uſum, vel privatum, vel publicum. Ad privatum rei domeſticæ uſum cuilibet licet Cereviſiam domi ſuæ coquere, ſive is ſit Nobilis, vel Plebejus, vel Clericus. *poſt Schraderum & alios à ſe citatos Klokius l.* 2. *de ærar. cap.* XI. Beyriſch Land-Recht. *lib.* 3. *tit.* 2. *artic.* 4. von dem Biere / ſo jhme einer zu ſeines Hauſes nothdurfft bräwen läſt. Unde etiam Conſtitutiones coctionem ad uſum venditionis tendentem, prohibentes, clauſulam tamen hanc continere ſolent: Jedoch daß ihnen frey ſtehen ſolle in ihren Häußern zu jhrer Nothdurfft in Käſſeln zu bräwen. *Rauchbarus* 2. *quaſt.* 12. *ubi de huius clauſula vi exactè tract. Conf. Conſt. Brandeburgicam de Nobilibus part.* 4. *tit.* 13. §. 4. *ibi*: Wan die vom Adel in die Stätte ziehen / haben ſie vor Jhr Hauß Jährlichen (doch daß ſie nicht ſchencken vnnd ſonſten Burgerliche Nahrung treiben) zwey bräwen

Digitized by Google

bräwen Bier-ʒinſe frey. *Item de Paſtoribus d. part. 4. tit. 17. §. 4. nu. 4. ibi:* Nach dem auch etliche Pfarren auffm Lande ihres Freybräwens vnderſchleiff gebrauchet/ ſo ſoll hinförder keinen Pfarrern in Stätten vnd auffn Dörffern/ anders nicht/ dann zu jhrer Nothdurfft jhr eigen Getränck zumachen verſtattet werden ꝛc. Quin imò ſi maximè quis promiſerit, ſe nolle braxare Cereviſiam, neque ullum alium quæſtum ad Cives pertinentem exercere; ad propriam tamen familiæ ſuſtentationem, Cereviſiam braxare non prohibebitur. uti deciderunt Scabini Lipſienſes contra *Mollerum 4. ſemeſt. c. 17. ap. Hartmannum Piſtoris obſervat.* 49. Quod ſi quis talem Cereviſiam ex alieno hordeo coquat, proptet artificium & induſtriam Specificationis; eam ſibi acquirit, cum forma ſit præſtantior materia, imprimis illius rei, quæ ad priſtinam ſpeciem reduci non poteſt. *L. 7. §. cum quis D. de acquirend. rer. domin.*

§. 4. Coctio, quæ fit ad uſum publicum, conſiderari poteſt tum materialiter, tum formaliter. Materialiter tum ratione Subjecti, tum ratione Objecti. Subiectum dicimus Perſonas, quibus Jus coquendi ad uſum communem ſive Reipub. ſive populi competit. Enimverò, poſtquam placuit jus braxandæ Cereviſiæ, ut ſic dicam, publicum, *vel ſaltem jus hanc facultatem concedendi,* Regalibus annumerari [*vid. Treutler. conſ. 107. incipit.* Auff der Röm. Kayſerl. *n.* 2. ubi dicitur, das Bräw-werck oder Jus braxandi ſey der orten Landes / da Sachſen-recht eingeführet oder gehalten wird/ vor ein hohes Fürſtliches Regal zu achten/ ſo wol in den Stätten/ als auch auff dem Lande. Quod regale ſub angariis & parangariis comprehendi poſſe porrò adſeverat *n. 5.* Alii ad extraordinarias Collationes referunt, per notat *Borchold. ad capitulum unicum, quæ ſint Regalia n.* 84. Unde etiam jus novas erigendi cauponas Cereviſiarias ad regalia refert *Treutl. d. l. n.* 4. itemq; vectigal, quod venditione Cereviſiæ imponitur *ib. n. 5.*] his ergò hypotheſibus ſuppoſitis, nulli privatorum licentiam coquendi in uſum publicum Cereviſiam competere, facilè conſequitur.

§. 5. Civitatibus autem hoc Jus antiquitus indultum eſt, vel expreſſo privilegio, vel tacitâ conceſſione. So viel die Stätte betrifft/ *inquit Treutl. ibid.* iſt kein zweyfel/ daß dieſelbe das Brawrecht anders nicht/ als ex conceſſione Principis & proviſione Juris

Digitized by Google

Saxonici haben. Jure enim Saxonico fundatum hoc habent privilegium, ne intra milliare circumcirca coqui poſſit Cereviſia venalis Landrecht *artic. 6. l. 3. & ibi* Zobel. *lit. a. Sentent. poſt* Weichbild. *ſub titulo*: Ob Edelleute auff jhren Lehn-gütern mögen Bier bräwen oder außſchencken laſſen. *p. 115. Ordinatio Provincialis illuſtriſſimorum Principum Erneſti & Alberti p. 18. Item Auguſti ſub titulo* von bräwen/ſchencken vnnd anderer Bürgerlicher Handthierung auff dem Lande.

§ 6. Atque hinc ſæpenumero deciſum eſt, ne Nobiles quidem in ſuis prædiis hoc jure uti poſſe. *Franciſcus* Pfeil *volum. 2. conſil. 202. n. 30.* per rationes, quas inferiore capite afferemus, exceptione hâc additâ, niſi vel privilegio, vel præſcriptione tale jus impetrarint, quos titulos Jure Saxonico intra duos menſes probare tenentur. *Carpz. part. 1. Iuriſprud. forenſ. conſtit. 16. definit. 92.* Vel niſi feudum antiquitus hoc jure fuerit inſignitum. *Schraderus part. 2. de feudis partic. pr. 9. ſect. 3. n. 67.* Unde reſponſum eſt, in dubio Jus hoc potiùs ad Dominum feudi, quàm ad eum, qui Juriſdictionem in fundo habet, pertinere; cum Jus torrendi ſ. macerandi hordei, das Maltzrecht / item poteſtas coquendæ Cereviſiæ, das Brawrecht / per ſe nec ſuperiori, nec inferiori, quàm Dd. vocant Juriſdictioni, weder den Ober- noch Erbgerichten / neceſſariò cohæreat: adeoque ſi in fundo feudali Jus torrendi & braxandi antiquitus uſurpatum fuerit, potiùs præſumatur inter pertinentias vel jura acceſſoria etiam hoc conceſſum fuiſſe. *Treutler. conſil. 2. incip.* Es iſt ein Gerichte in einem Dorffe *n. 4. & 22. per tradita Menochii lib. 3. præſumt. 99. per tot.*

§. 7. Porrò hoc Jus braxandi non eſſe merè Perſonale; ſed ipſis plerumque ædibus inhærere & Poſſeſſorem ſequi, ſæpe conſtitutum eſt. *vid. eundem Carpzov. part. 2. c.nſtitut. 6. definit. 6. nu. 7.* quod ne pugnet cum eo, quòd ſuprà diximus, Jus hoc regalibus annumerari: diſcernendum eſt inter perſonam Jus hoc conferentem & accipientem: Nam reſpectu ſuperioris, Regalibus; reſpectu inferiorum realibus Juribus accenſeri poteſt. Adeò a rei inhærere cenſetur, ut ſeparatim à Domo vendi non poſſit. *Carpzov. part. 2. conſtit. 41. definit. 15. n. 6.* ſcil. quia ſervitutes ac Jura realia ſemper prædio vel domui adhærent, ac in quemlibet

Poſſeſſo-

Digitized by Google

Poſſeſſorem tranſeunt, nec ullo modo à prædio ſeparari poſſunt *l. pecoris. 4. ſervitut. ruſt. præd. l. ſi mihi. 20. §. ult. l. cum fundo 36. de ſervitut. ruſt. præd. Antonius Faber in Codice ſuo de Servitutibus & aqua definit. 2.* Aliud fortè de uſu juris dicendum.

§. 8. In Bohemia Nobiles Jus braxandi ad uſum publicum venditionis, nimiâ Civitatum parſimoniâ & obſtinatione Ann. 1490. obtinuiſſe, his verbis commemorat *Zacharias Theobaldus part. 3.* deß Huſſiten-Krieges *cap. 27. p. 150. ibi*: Anno 1490. begehrte König Uladislaus von den Stätten ein Bierſtewer zu Erhaltung ſeines Königlichen Hofes/ weil die Einkommen von Collin/ Kuttenburg vnd Bergkloß allzugering/ ſeine Hoffhaltung damit zu erhalten Aber die Stätte weigerten ſich deſſen/ mit vorwenden/ daß es vnbillich were/ daß Sie/ der dritte Stand allein mit dieſem ſolten beſchwert/ vñ die Höhern zween Stände verſchonet werden. So wendeten die Herren vnd Ritter vor/ Sie bräweten nicht Bier zum Außſchencken/ ſondern nur für jr Hauß (quod notetur) Damals haben die Stätte den König erzürnet/ vnd den Höhern zweyen Ständen vrſach geben/ daß ſie auch Bräwhäußer auffgerichtet haben. Addit etiam eventum: dardurch die Stätte ſehr geſchwächet worden; Aber den Herren vnd vom Adel that es gar recht/ Ihr Getreyde zuvertreiben vnd hoch zubringen. *Hactenus Theobaldus.*

§. 9. Sollicitè autem cavere debent Cives, ne alii, qui Jus braxandi non habent, illud uſurpent, & in poſſeſſionem vel quaſi veniant. *vid. Borchold. conſ. 2.* quin etiam ex unico actu hanc facultatem acquiri, nonnulli exiſtimant, *per cap. cum Eccleſia. 3. & c. cum olim. 7. De cauſ. poſſeſſ. & propriet. Cravetta conſ. 124. n. 9. Coraſ. in tr. de Sacerdotio ſub rubr. de quaſi poſſeſſion. conferendi. c. 5. n. 3. Cephalus conſil. 170. n. 52.*

CAP. III.

De Iure divendendæ Cereviſiæ.

§. 1. Sed quia quæſtiones iſtæ plerumque in Jure vendendi recurrunt; jam rectè de illo deſpiciendum venit; Et cum modò dixerimus, Jus braxandi Civitatibus principaliter reſer-

Digitized by Google

vatum eſſe, ut inde aliis ſuccurri poſſit: Communiter concluſum eſt, etiam Commercium hoc & Cereviſiæ venditionem, Civibus tantùm relinquendam eſſe. Licèt enim venditio, æquè ac cæteri contractus, ſit Juris Gentium *l. ex hoc jur. 7. de I. & I* atq; ideò Contractûs huius commercium nemini ſit interdicendum. *l. in his. 2. C. de prædiis & omnibus rebus Naviculárior.* & in re ſua locoq; cuilibet commodum liceat quærere, *arg. l. fluminum 24. §. ult. & l. Proculus. 26. de damn. infect.* Quod jus cuique Dominorum illibatum eſt relinquendum. *§. ult. Inſtit. de his qui ſui vel alieni juris ſunt.* Unde etiam *Ludolphus Schraderus conſ. 44. contra Schurfium diſertè definiit*: Licere omninò Nobilibus Cereviſiam conficere & vendere. Regulariter tamen contraria ſententia, ut uſu recepta eſt, ſic etiam fortiùs defendi poſſe videtur: 1. per text. *in l. Nobiliores 3. C. de Commerciis & Mercat:* ubi dicitur, Nobiliores Natalibus & honorum luce conſpicuos & patrimonio ditiores omne mercimonium, quod Urbibus pernicioſum eſt omittere debere: additâ ratione, ut inter plebejos & Negotiatores faciliùs ſit emendi vendendivè commercium. Congruit textus *in l. ne quis. 6. C. de dignitatib. l. 12.* Et ſanè cum inferioris ſortis homines ſuperiorum dignitatum functiones minimè attrectare debeant, æquum viciſſim eſt, ut nobiliores etiam abſtineant ab Operis vilioribus. Pfeil. *d. conſil. 202. n. 34. & ſeqq.* Adde, quod Civium hæc potiſſima ſunt commercia. Die Stätte ſind unter andern auff Backen und Bräwen/als gemeine Bürgerliche Nahrung und Handthierung gewidmet. Ergò ab aliis iſtæ Commoditates Ipſis non debent intercipi. *arg. l. unic. C. de Piſtor. Id.* Pfeil. *d. l. n. 42.* ubi plures rationes prolixè deducit.

§. 2. Nec ſufficit reſponſio *Schraderi d. conſ. 44. n. 16. cum ait*: licèt Nobilibus prohibitum ſit, reſpectu dignitatis perſonæ Cereviſiam coquere & venalem exponere; non tamen prohibitum eſſe ratione fundi, ut fortè per alios Utilitatem talem ex fundo capiant: cum is, qui fructus ex agris ſuis percipit, facultatem liberam habeat, vel eosdem ſic vendere, vel in aliam formam aut ſpeciem mutatos. Neganda enim eſt conſequentia, cum aliud ſit, fruges ex fundo natas vendere, & ſic re ſuâ frui; Diverſum autem ſit, ex frugibus Cereviſiam coquere, atque ſic divendere:

Cum

Digitized by Google

Cum illud ſine vili fiat miniſterio, & operâ veluti fabrili. Ac cum Nobilibus interdicatur talis diſtractio, non poſſunt in fraudem legis eam per alios exercere, ne plus in alios conferant, quàm ipſimet habent, *l. obſervare. 4 §. 6. verſ. Eſt enim perquam abſurdum. de Offic. Proconſ. l. ſi Pater. 22. ff. quæ in fraudem Creditorum Pfeil. d. conſ. 202. n. 46.*

§. 3. Planè, ſi Nobiles longè à Civitatibus remoti ſint, pleniore poteſtate uti ſolent, ſic, ut Cereviſiam non in familiæ tantùm ſuæ, ſed & ſubditorum uſum coquere, & per ſuos Diſpenſatores & Caupones Schencken und Wirthe vendere coſuêverint: quaſi ita Civitatibus non æquè officiant, ac Cereviſiam non cuivis promiſcuè, ſed ruſticis tantùm ſuis & agricolis, tanquam prolixæ familiæ quadantenus membris, diſpenſare videantur. *vid. Berlich. 1. deciſ. 1. incipit in Ordinationib. num. 2. ubi ait*: prohibitionem iſtam non tantùm in dedecore Nobilitatis, ſed vel potiſſimùm in detrimento & pernicie; quæ Urbibus hinc inferatur, conſiſtere. *Carpz. part. 2. Conſtit. 6. definit. 4.* Quod ſi maximè Nobiles Jus coquendi & divendendi Subditis titulo aliquo acquiſierint, non tamen extra pagi deſtrictum licebit illis hoc jus exercere, uti porrò definitum legitur *ap. Berlichium deciſ. 21. fin.*

§. 4. Sed quid ſi conſuetudine in aliqua provincia introductum ſit, ut Nobiles etiam Cereviſiam coquant, aliiſq; promiſcuè vendant, uti ſupra de Nobilibus in regno Bohemiæ habitantibus enarravimus *c. 2. §. ult.* Ne ſic quidem Nobiles rectè excuſari, arbitratur *Klok. d. l. 2. de ærar. c. 11. n. 9.* quaſi Negotium, quod probrum ſuâ natura continet, non poſſit conſuetudine probari, honeſtumque conſtitui. Conſtare autem vel ex Jure Civili, quod Coquorum artificium vile atque ſervile fuerit. *arg. l. legatis ſervis. 65. §. ſi unus & l. ſervis Urbanis 99. de leg. 3. Julius Firmicus l. 3. de Aſtronom. c. 5.* Cui tamen hac in parte vix ſubſcribere poſſumus, cum conſuetudo vim legis habeat *l. 32. pr. & §. 1. de ll.* Ita ut priorem legem etiam abrogare poſſit. *§. 11. I. de I. N. G. & C. §. 3. Inſtit. de legit. agnatorum ſucceſſione l. 1. §. 1. C. de caducis tollendis.* Certè facilè excuſationem præſtet *Novella 154. gloſſa. ad capitulum venerabile verbo migravere, extra de conſuetudine. Reinking. de regim. 2. claſſ. 2. c. 9. n. ult.* Unde Conſuetudo facere dicitur ex illicito li-

Digitized by Google

citum. *Bartolus in l. fugitivus. §. ap. Labeonem. de Ædilitio Edicto. Craverta conſil.* 145. *n.* 12. *Roland. à Valle conſil.* 150. Et introducere poſſe, quicquid privilegio poteſt concedi. *Oldradus conſ.* 172, *incipit, quia omnes. Anchoranus conſ.* 50. *incipit Conſuetudo,* & quicquid per præſcriptionem introduci poteſt: *p.ſt Fridericum de Senu, Cardinalis Tuſcus tom.* 2. *lit.* C. *conſil.* 809. Ideoque Conſuetudo Patriæ etiam veniet attendenda. *l. quod ſi nolit.* 31. *§. quia aſſidua.* 18. *de ædilitio Edicto. Carpz. part.* 2. *conſtit.* 46. *definit.* 17. *n. ult.* Nec coctio iſta aut venditio probrum aliquod naturale continet, ut conſuetudo in illud nihil poſſit. *arg. l.* 42. *de V. S.* Unde nec Nobilitati diſtractionem iſtam officere, ſi privilegio aut inveſtiturâ jus hoc obtentum ſit, arbitramur *cum Limnæo lib.* 6. *de jure public. c.* 5. *n.* 79.

§. 5. Sanè illa Uſurpatio minùs uſt laudabilis, quando Nobiles ejuſmodi ruſticos ſuos vel invitos cogunt, ut Cereviſiam qualem qualem emere teneantur, nec aliâ quærere, aut ſibi comparare pro libitu poſſint. 1. Quia plura ſingularia & exorbitantia ſic cumulantur, ſi Nobiles ad uſum venditionis, coctioni tanquam artificio, turpis lucri cauſa, eddicti ſint, & eum in finem ſubditos ad emendum cogant: At duo vel plura ſingularia exorbitantia non debent cumulari. *l.* 1. *Cod. de dotis promiſſ. Baldus* 2. *conſil.* 275. *n.* 9. *& ſeqq. Prukm.* 1. *conſ.* 10. *n.* 69. *Berlich.* 1. *concluſ.* 53. *num.* 32. 2. Quia ſic Nobiles non tantùm Negotiationem, ſed quod magis eſt, etiam Monopolium exercerent *contra l. unic. C. de Monop. & conventu Negotiatorum.* 3. Quia contra hanc coctionem pugnant omnes rationes, quæ contra molendina bannaria ſolent adduci: niſi prohibitioni iſti, vel potiùs impoſitioni, ruſtici, per longiſſimum tempus ultrò acquieverint. *vid. Hering. de molendinis quæſt.* 11. *n.* 10. Aliud tamen dicendum fuerit, ſi ipſe Princeps ſive Magiſtratus ſuperior, qui regalia habet, ruſticos edicto monuerit, ut Cereviſià patrià contenti peregrinam non advehant; quemadmodum de tali edicto diſſerit *Schepliz. part.* 4. *Conſuetud. Brandeburg. tit.* 17. §. 5 *ibi*: Würden auch die Räthe in den Stätten erfahren / daß die Crüger oder Bawren auff dem Lande / uber deß Landes-Fürſten Verbott / Bier auſſer Landes holen und führen; Sollen ſie jhnen das Bier zu nehmen macht haben / und die helffte deſſelben dem Landes-Fürſten laſſen zu kommen; die ander helffte aber vor ſich behalten. §. 6. Ju-

Digitized by Google

§. 6. Judicari ex hactenus dictis poteſt, quemadmodum illa Controverſia determinanda ſit, quæ in Nobili quodam Ducatu per multa luſtra Subditos & Principem colliſit: In qua cum D. Rudolphus II. reſcripſiſſet: inter Principes & Magnates braxationem ad publicum venditionis uſum æquè ac alias negotiationes non ſolùm inuſitatas, ſed & quadantenus dedecoras, vel cum dedecore conjunctas eſſe, *ſub dato Pragæ Anno 1579. Goldaſt. tom. 2.* die Reichsſatzungen. *p.326.* Reſpondit Illuſtriſſimus Princeps 30. Octob. ejusdem anni: Arbitrari ſe, quod ſibi & aliis, fructus ſoli ſui, hordei, lupuli & ligni in uſum & Utilitatem ſuam, quacunque commodà ratione convertere æquè licitum ſit, atque illis, qui vinum in ſuo ſolo natum divendant. *In actis Brunſvvicenſ. part. 1. n. 49. & 509.* Repetenda enim tunc (1.) diſtinctio, utrum Jus braxandi conſideretur ut Regale, cujus exercitium ſub onere vectigalis aliis concedatur, eoque modo Magnatibus rectè tribuitur: vel ut Jus reale privatam utilitatem prædii concernens; ubi Imperatorio reſcripto meritò locus relinquitur. Licet enim venditio vini non improbetur: modus tamen ab Imperatore taxatur, ſi nempe Magnates Ipſi Tabernas Cereviſiarias, Schencken und Bier-Häuſer erigere velint, & ita emolumentum Civibus & Civitatibus eripere. Nec eadem eſt, (2) vini, quæ Cereviſiæ ratio, *ut ſupra ex l. 9. de trit. vin. & ol. leg.* reſpondimus. Siquidem vinum ferè nullum uſum habet, quàm bibitionis. Quod ſi ergò ſolum tuum plus vini ferat quàm familiæ uſus requirat, non vetaberis illud egenti vendere, ne fructus fundi tui pereat. At fruges per ſe vendi poſſunt: E. non opus eſt, ut egregiæ perſonæ operam ſuam & miniſterium contra decus & dignitatem, ſolius lucri cauſſa, huc vertant, & inferioribus, ſepoſitas, Jure vel more utilitates præripiant. *confer. trad. Klokenii de contribut. cap. 12, n. 265 & ſeq. ubi ait*: Negotiari eum dici, qui merces acquirat eo animo & deſtinatione, ut easdem integras iterum lucri gratia vendat: adeoque Clericum vel Nobilem, qui vinum, oleum, frumentum, reliquoſque fructus in agris propriis natos, ad communem uſum diſtraxerit negotiatorem non poſſe appellari, concludit.

§. 7. Similis diſceptatio, ſuperiori ſeculo, mota fuit inter Civitates Miſniæ & Thuringiæ ex una, & inter Nobiles eorumque

Digitized by Google

rumque ſubditos ex parte altera, vom Maltzmachen/Bierbrawen vnd zu verſchencken Gerechtigkeit. Cum enim Civitates & Cives, ſ. ut vulgò vocant, Civitatenſes, quererentur: Daß die Handthierung deß Bierbrawens vnd verkauffens denen vom Adel vnd auſſer der Statt wohnhafftigen nicht gebühre *p.d.l. nobiliores.3. C.de Commerc. & Mercat.* Sintemal das Bierbrawen auff den Kauff vor Bürgerliche Handthierung geachtet vñ gehalten werde/ deren ſich die vom Adel vnd dero Vnterthanen gar von alters hero enthaltẽ müſſen. Nobiles autem exciperent, das Maltzen vnd Bräwen ein actus licitus & Jure Gentium cuilibet permiſſus ſey. Neque opponi poſſe *d. l.3.* Cum Nobiles hordeum non aliunde coëmant, ſed ex ſuis agris perceptum coquant, eoque non minùs liberè uti poſſint, atquè ſi lac, caſeum, butyrum ac vinum venderent. Nec impedire ſe Cives, quò minùs bona ruſtica emant, & commoditatibus eorum fruantur. Cumque Civitates iterum replicarent: Jus Gentium ſpecialioribus populorum moribus ſubinde fuiſſe immutatum, atque adeò Juris Civilis ſanctione ad uſum cuiuſque populi aptatum, & nominatim Nobilibus prohibitum eſſe, ne pernicioſa Urbibus commercia inſtituant: ſed ſua officia obeundo efficiant, ut facilius ſit emendi vendendive commercium: Quæ ratio etiam duret, utcunque Nobiles hordeo proprio utantur: Maximam enim frumenti partem à Nobilibus & Ruſticis coëmendam eſſe, unde notabilem utilitatem percipiant: Cæterùm, ut ex lupulo & hordeo Cereviſia coquatur, operæ fabrilis eſſe ſ. vilioris artificii, quod Nobiles minimè deceat: Vnd ſey mit Milch vnd Weinbeeren ein vngleich ding: ſintemal beydes verderblich/vnd nicht alſo auff den Boden geſchüttet/ohne ſchaden verſamlet/vnd mit rath verkauffet werden könne/wie die Gerſten/ ſondern die Noth vnd Natur gehe dahin/daß man auß Milch vnd Rohm Käſe/ vnd auß den Weinbeeren Wein ohn einigen Zuſatz & ſine mutatione ſpeciei mache. Atque, ut Nobiles, licet lanâ ovium præpolleant, pannum tamen conficere, tingere, & ad alios deinceps uſus aptare non poſſint aut debeant. Quemadmodum nec pelles ovium, vaccarumque præparare, & uſibus Civium accommodare. Ita etiam non ſequi, Nobiles hordeo diteſcere, E. Cereviſiam coquere & vendere poſſe. Et quæ alia hinc

hincinde diſputata reperiuntur. *Tom. 2. Illuſtrium conſ. à Wolfgango Richtero editorum conſ. 38.*

§. 8. JCti Tubingenſes eodem conſilio *n. 36. p* 429. reſponderunt: Daß der Ritterſchafft vnd denen vom Adel / auff ihren Ritterſitzen Maltz zu machen / Bier zubrawen / vnd deſſelbē / über jhren gewöhnlichē Haußgebrauch / gewinß halber zuvertreibē / auch von der Gerſten vnd Hopffen / die jhnen ſelbſt erwachſen / oder von jhrē Bauren zur Zinſe geben worden / nicht gezieme noch gebühre. 1. Quia Civitates onera Reip. graviora ferant, unde ipſis etiam præcipua quædam commoda relicta ſint, cum 2. ex adverſo Nobilibus multæ ſeorſim prærogativæ ſint conceſſæ, eo fine, ut à vilioribus functionibus abſtineant *l. ne quis. 6. ibi.* ne quis ex abjectis officiis, vel deformibus miniſteriis, vel ſtationariis, omnique officiorum fæce, diverſiſque paſtis turpibus lucris, aliquâ frui dignitate pertentet. C. *de dignit.* 3. Quia ignobiles reputentur, qui vile officium exerceant, *gloſſ. in verbo ignobiles, Can. qui contra. 32. c. 24. quæſt. 1.* 4. Nec alioqui differentiam fore inter actus Nobilium & plebejorum; cum tamen abſurdum ſit, duplici aliquem jure cenſeri, *arg. l. Eum qui ædes 23. de uſucapionibus. l. ſenium 3. C. qui teſta. facere poſſunt.* Cum & rerum & nominum fœda hinc oritura ſit confuſio. *l. ult.* C. *de legitima tutelâ l. conſulta divalia 23.* C. *de Teſtament.* Et abſurdum cenſeatur promiſcuis actibus rerum turbari officia. *Bartolus in d. l. 6.* C. *de dignit.* Nec dici poſſe, Commercia eſſe Juris Gentium, adeoq; nullo modo inhibita: ſiquidem publici populorum neceſſitate exigente, variis ex cauſis inhibitio reperiatur inducta *l. 2.* C. *quæ res exportari non debeant. t. t. extra ne Clerici & Monachi.* Quemadmodum ex adverſo Negotiatoribus interdictum eſt, ne militent. *t. t.* C. *Negotiatores ne militent.* Et quæ ... ra ibidem in hanc ſententiam adferuntur.

§. 9. Quid ſi verò Nobiles alicubi diutinâ uſurpatione ... antur? Ne hanc quidem proficere, jam ſuprà indicatum eſt, prolixè deduxerunt JCti Ingolſtadienſes *d. vol. 2. conſ. 39.* Cum ... m Mercimonium iſtud Nobilibus interdictum ſit, apparet, eos in mala fide: ſi maximè diu illicito hoc negotio gaviſi ſint. *... ult. de jurisdict. l. bonæ fidei. 109. de V. S.* Maximè cum actus Cere... coquendæ & vendendæ non ſit continuus, non enim ita &

C vendi-

venditur & coquitur Cereviſia ; ſicut continuè currit aqua in aquæductu : *Ita Ingolſtadienſes d. loc. n.* 22. Nec contra Remp. præſcribitur regulariter, tempore minori, quàm ſpatio 30. annorum; ſaltem juxta *Speculum Saxonicum l.* 1. *artic.* 39. Imò, in his, quæ contra publicam utilitatem fiunt, ne hæc quidem præſcriptio locum habet. *l. præſcriptio* 6. *C. de Operibus publ.* [ſed demum centenaria *l. ut inter* 23. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* quam allegare voluit *Weſenb. in parat. de uſurp. & uſucap. n.* 7.] Utcunque ſecus ſit in his, quæ non omninò tendunt ad Reip. perniciem & deſtructionem *, ut in l. omnes.* 4. *C. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum.* Et poſito, præſcriptionis exceptionem poſſe probari : tamen reſtitutioni locum fore concludunt Domini Ingolſtadienſes *d. conſil.* 30. *n.* 33. *per l. Remp.* 5. *C. de Iure Reip. lib.* 11. *tit.* 39. Quorum ſententiam hactenus noſtram facimus, niſi interceſſerit prohibitio, & eâ non attentâ proceſſerit uſucapio, cui ſtatus deinceps acquieverint. Et ſic conſuetudo provinciæ Univerſalis majorem in hac cauſa vim habet, quàm ſingnlaris præſcriptio.

§. 10. Atq; hæc de conceſſione tacita, quæ ex diutina uſurpatione vel conſuetudine inducitur ; ſequitur expreſſa, quæ vel eſt generalis vel ſpecialis. De ſpeciali illud quæſitum ſcio : Si Princeps alicui Nobili vel Clerico concedat jus conſtituendæ tabernæ eine Schenckſtatt auffzurichten ; an ea vicinis Civitatibus præjudicet, ita, ut ſe tali novo operi nequeant opponere ? Negavit id *Iohannes Fichardus*, cum à Reverendiſſimo Ordinis Teutonici Magiſtro in conſilium adhiberetur, *conſil. Germ.* 51. *incip.* Es hat vor etlichen Jahren ꝛc. Cum enim Domus Teutonica zu C. molendinum zu J. propè C. ſitum emiſſet, & deſuper An. 1480. privilegium impetraſſet eine offene Schenckſtatt/wann ſie wolten/ daſelbſt auffzurichten : Id verò Ordo per 90. annos omiſiſſet, ac poſt hunc temporis decurſum ſucceſſores demum attentarent : Civitas C. Ordini ſeſe oppoſuit inter alia obtendendo, clauſulam privilegii: männiglich an ſeinen Freyheiten vnd Rechtẽ vnvergreifflich vnd ohnſchädlich. Jam autem novum id opus juribus ſuis officere : Es wolle obberührter Baw vorhabender newen Schenckſtatt der Statt/an jhren Erb-ſchenckſtätten auch gemeiner Statt nutzẽ/ zu mercklichẽ Nachtheil gereichen ꝛc. der Rath ſolches nicht wiſſen zu

geſtatten.

geſtatten. Sunt equidem, qui tradunt, clauſulam (ſalvis juribus) non operari reſervationem, quoad expreſſa in Comitiis Principum, ſed tantùm, quoad omiſſa. *Barboſ. in clauſul. verb. ſalvis.* 144. *n.* 1. *deſuper allegans Nattam* 2. *conſ.* 403. *n.* 7. *f.* quaſi etiam generalis non corrigat quod ſpecialiter eſt diſpoſitum *l. quoties* 10. *C. Famil. Erciſ. Natta d. loc. n.* 8. Traditio tamen hæc vera eſt de conceſſis, non de ſeparatis aliorum Juribus. *vid. Barſchampium in radic. clauſ. c.* 22. *n.* 24. Nam imò, ſi maximè hæc etiam in privilegio expreſſa non fuerit, tamen ſubaudienda veniet. *Iaſon in l. ult. n.* 19. *de conſt. Princip. Innocent. in cap. cum dilecti* 6. *de Donat.* Princeps enim intelligitur velle, quæ ſua jura volunt. *l. ex facto quæritur, & ibi gloſſ. de vulg. & pupill. ſubſt. Fichard. d. loc. n.* 7. Jura autem ſic diſponunt, ut quilibet in ſuo facere poſſit, quod ſibi prodeſt; Cavere tamen debet, ne alteri noceat. *l.* 1. *§. iidem ajunt* 11. *de aqua & aquæ pluviæ arcendæ. l.* 2. *act. §.* 5. *in f. Eod. l* 2. *§. meritò. Ne quid in loco public.*

§. 11. Sed quid de Conceſſione Generali dicemus, An ſcil. conſuetudine provinciæ exiſtente, ut in pagis etiam Cereviſiam coquere liceat, fundo ſub generali feudi titulo conceſſo; An, inquam, etiam Jus hoc braxandi ad uſum communem licitantium comprehendetur? *Treutl. poſt diſputationem prolixam conſil.* 117. *n.* 4. *denique ſic concludit:* So viel das Braw-recht auff dem Lande betrifft / ſey ſolches vnter der gemeinen conceſſion eines Lehen- oder Land-gutes gar nicht begriffen/ cum regalia & ſimilia, quæ majoris momenti ſunt, nequaquam veniant in conceſſionem generalem; adeoque porrò definit, officinas & tabernas neminem erigere poſſe: Es könne keiner Mühlen/ Bräw- oder Bier-häuſer auff dem Lande auffrichten / niſi cui id ſpecialiter fuerit conceſſum, aut niſi quis diutinam poſſeſſionem ſive præſcriptionem queat docere. *conſ. cap. qui ad agendum* 4 *de Procurat: in* 6. *G. Anton d. f.* 5. 83. Alii tamen generali conceſſione feudi, etiam jura molarum & tabernarum cereviſiarum venire arbitrantur: *Hering. de molend. quæſt* 19. *n.* 1. *& quæſt:* 35. *n.* 6. nempe ſi jam antea in feudo fuerint, & feudum cum omnibus pertinentiis alicui ſit conceſſum:

Nos autem quærimus de officinis & tabernis de novo inſtituendis.

CAP. IV.

De Iure Civitatenſium ſive Civium ſingulorum circa coctionem & diſtractionem Cereviſiæ.

§. 1. Demnnſtravimus hactenus communiore ferè calculo Jus braxandæ & vendendæ Cereviſiæ Civitatibus & earum inhabitatoribus præcipuè, ſaltem jure conſuetudinario adſcribi. *vid. Bornit. de rerum ſufficient. tract. 2. cap. 16.* Sed nec in Civitatibus vaga & promiſcua facultas cuivis civi aut incolæ competit. Quamvis enim de jure communi cuivis pro libitu emere & conducere ædes liceat, in iiſque ea exercere, quæ quiſque didicit, *poſt Iohannem de Amicis conſil.* 104. *n.* 2. *Cothmannus vol. 3. conſ. 93. incip. vulgò dici ſolet. num. 66. p. 306.* Solis Doctoribus & Profeſſoribus hac facultate munitis, ut Fabros, Vietores, aliosq; Opifices, ſtrepitu quodam artem ſuam exercentes à vicinarum ædium emtione aut conductione prohibere & arcere queant. *arg. l. unica in f. C. de ſtudiis liberalib. Vrb. Rom. Colerus part. 1. de proceſſibus executivis cap. 4. n. 8.* Attamen plerorumque locorum ſtatutis introductum eſt, ne quis, ſine conſenſu Vicinorum aut Magiſtratus, eas artes atque Opificia in ædibus ſuis inſtituere aut exercere poſſit, quæ non ſine periculo exercentur. Niemand ſoll von newem brawer/ Schmid/ Töpffer/ Sähmhäuſer ꝛc. anrichten/ ohne ſeiner Nachbarn willen. *Vti habet jus Lubecenſe lib. 3. t. 12. art. 12.* Cum enim ex promiſcua ædificatione talium officinarum facilè confuſio oriri poſſit, & ingens Reipub. periculum attrahi: non immeritò promiſcuæ ædificandi libertati frænum eſt impoſitum. *D. Mævius in comment. ad d. artic. 12. n. 4 & 5. Reformatio Francofurtenſ. part. 8. tit. 5. §. 5.* ubi etiam alia coarctationis ratio affertur ibi: Die Bräwhäuſer belangend/ nachdem dieſelben in kurtzen Jahren in guter anzahl allhie in dieſer Statt/ wider alt herkommen/ haben zugenommen: Dieweil darinnen ein merckliches Brennholtz/ ſo gemeiner Bürgerſchafft zu anderm ihrem nothwendigẽ Gebrauch abgehet/

verödet

verödet wird: So ordnen vnd wollen wir/daß fürohin keine newe Bräwhäuſer angerichtet/ noch auch zugelaſſen werden/ ſondern allein die jenigen/ſo allbereit bewilliget/vnnd im Weſen ſeyn/bleiben ſollen.

§ 2. Unde domus ejuſmodi privilegiatæ majori venduntur pretio, maximè ſi privilegium perpetuum ſit, adeoq; reale, *poſt Carpz. Mevius d. art. 12. n. 9.* Aliquando tamen Principes etiam Perſonis tantùm certis hæc privilegia concedunt: quemadmodum *Modeſtin. Piſtor. part. 3. q 65.* refert, Ducem Henricũ cuidam Doctori vnd ſeinem nechſten nachkommenden Beſitzer/ ob auch Jhr einer oder ſie beyde ſolch Hauß förder verkauffen würden / bey ihrer beeder Lebzeiten/privilegium ſeu jus coquendi quinque Cereviſias (nam & numerus hodiè in ſtatutis definiri ſolet) ſingulis annis per ſe vel per alium, welchem es ihr einer gönnen würde/conceſſiſſe; additque, Doctorem deceſſiſſe, relictà filia & Uxore: Poſt mortem Doctoris viduam ipſius ædes per aliquot annos poſſediſſe; Poſtea easdem perveniſſe in manus filiæ: Tum verò quæſitum fuiſſe, *an filia eo jure braxandi porrò uti poſſet?* Reſpondiſſe autem Scabinos, Privilegium hoc ad filiam, tanquam tertium poſſeſſorem non extendi, ſed extinctum fuiſſe in perſona viduæ, quæ fuerit der nächſte nachkommende Beſitzer.

